contineat ſententia illa. Ite maledicti Cogita quid dulcedinis quid admirati onis et gaudij habeat vox illa Venite benedicti. Interdum etiam cogita de particulari tuo iudicio et forma medita tiones ex premiſſis ſuo modo.

Qualiter homo per memoriam pena rum infernalium timorem acquirit et compunctionem. Ca. xxi.

Deinde verte oculum ad regionem damnatorum et carcerem miſerorum diligenter ſcrutans que ibi agantur. que lis ſit illa manſio et quis locus Quia autem mens noſtra ceca melius per viſi bilia et ſenſibilia ducatur ad noticiam inuiſibilium. ideo vt illas penas melius ſentias potes tibi aſſumere ſimilitudines a ſanctis ſuper hoc in ſcripturis poſitas Aſpice igitur infernum chaos horribiliſ ſimum locum ſubterraneum et profundiſſimum totumque tenebroſum. puteum profun

diſſimum et totaliter ignitum · forna
cem totam incēſam et terribiliter flā
mantem · ciuitatē magnam tenebroſā
obſcuram totam incenſam et ardentē
plenam infiniti populi mltitudine cla
mantibus vniuerſis et miſerabiles ſo
nitus dantibus et eiulatus pre dolore
et ardore et ex inuidia ſe mutuo mor
dentibus tanquā ſi canes rabidi ſimul
eſſent cōiuncti · Cogita deinde penarꝝ
acerbitatē Ibi eſt calor nimiꝰ cui noſtē
hic calor in nullo eſt cōparabilis · Ibi
frigus intolerabile cui nulluꝫ frigus
mundi in aliqua comparacōne poteſt
equari · Et ita cogita de ſingularũ pe
narum intencōibus et cruciatibus ·
Cogita de penarum mltiplicitate Ibi
ignis inextinguibilis · habundans ar
dore carens tamen luce Ibi intolera
bile frigus · fetor peſſimus tenebre
palpabiles vmes immortales Ibi eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peña in om̄i ſeñſu in om̄i membro
Viſus videbit laruales demonum faci
es mirabiliter ſuo terribili aſpectu af
fligentes · Auditus nil aliud audit q̄
fletus planctus et vlulatus et vocem
illam heu heu ve ve. vt quid fuimꝰ nati
vt quid a deo creati · vt quid nō peri
mus · maledictus deꝰ et maledicta tri
nitas q̄ nos creauit ad hanc penalita
tem Ecce hoc eſt carmen quod ibi can
tant continens lamentacōnes et ve ·
¶ Cogita de illa miſerrima ſocietate
demonorum et crudelitate tortorum
quoniam ſunt ſine miſericordia. in tor
quendo non fatigant̄ ad miſericordiā
non cōmouētur ſed penam omnibus
modis q̄bus poterunt augebunt Ipſi
inſultant dicentes · Vbi nunc glā vbi
voluptas vbi honor vbi altus ſtatus ·
vbi diuicie immenſe · vbi potencia vbi
dignitas vbi prelatura vbi dominiū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quid nunc proſunt omnia q̄ fuerunt tam brevia tam cito transeuntia. Cogita q quis ibi plus in illis membris punietur per q̄ amplius deliquit ſiue in lingua ſiue in corde Et quantū plus quis ſe extulit et in delicijs fuit tanto plectet̄ ibi pena grauiori Cogita etiā de penis interioribꝰ et maxime de priuacōne viſionis diuine q̄ excedit oēm penam aliā. Cogita q ſunt eternalit̄ anathematiſati et eiecti ab illa ſupna et glorioſa ciuitate iheruſalem nunq̄ illuc redituri Cogita de verme conſciencie qui nunq̄ moriet̄. qui nō ceſſat. clamat et affligit q ꝓpter tam modicū gaudium ad inſtar puncti ad illas penas deſcēderunt. Item cogita de paſſionibus anime ire et inuidie q̄bꝰ affligunt̄. Nam iracundia inuidia ⁊ c̄ maxime in ipſis regnant Itē diligent̄ rumina penaꝝ eternitatē q̄ omnibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

penis grauius affligit · penaꝝ nullus eſt finis · nulla ibi redẽptio Poſt mille milium annoꝝ non ꝓpinquat finis qꝛ nullus eſt finis · Hijs et ſimilibus meditacõibus timorem domini ꝯcipies et cõpunctionem ſalutarem cõficies vt ſic affectiones tuas a rebus ĩfimis auellas Oportet autẽ te longo tẽpore in hijs exercicijs inmorari · et cum huiuſmodi meditationibꝰ ac alijs virtuoſis operibus maxime in remedijs viciorum de quibꝰ poſtea dicetur ipſas affectiões expurgare · alias vlterius aſcendere non poſſumꝰ · Nam quantũ affectiones carnales et terrenas abiecerimus tanto ampliꝰ ſpirituales adiciemus · ſi parum parum · ſi multum multum · Ergo a timore domini ſcd̃m ꝓphetam debemus pturire ſpiritum ſalutis Eſt enĩ inicium ſapiencie timor dñi et in ipſo debemus nos ſtudioſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exercere et cor noſtrum purgare vt ad caritatem poſſimus peruenire Unde ſapiens Inicīandi ſunt a timore vt ad caritatem perueniant. Uides ergo quā congrue diuina ſcriptura puritatem cordis fidei aſſcribit iuxta illud. Fide purificans corda eoꝝ eo ꝙ timor qui eſt prim⁹ effectus fidei euellit et extrahit cor ab immūdis affectionib⁹ et viciosis inquinamentis. Eſt igit̄ primus gradus ſcđe aſcenſionis qua tenditur ad puritatē cordis fides vel timor qui eſt eius effectus.

De ſcđo gradu ſcđe aſcenſionis q̄ fit ꝑ ſpem et deſideriū celeſtiū et ſpiritualium reꝝ quib⁹ purgatur et ſanat̄ homo a ſcđa impuritate cordis.

Capl̄. xxij.

Sicut fides timore futuri iudicij ac ſuppliciorū metu facit viciorꝝ cōtagia declinare cōſtituens quodam